



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatio Synoptica De Iudiciis Ad Lib: II. Decretal: Gregorii IX.

**Herberstein, Ferdinand von
Tabarelli de Fatis, Donato Vincenzo**

Spirens., 1660

2. Quid litis contestatio sit? quomodo inducatur, quomodo dividatur, impediatur? qua differentia inter affirmativam & negativam litis contestationem?

urn:nbn:de:hbz:466:1-11416

collationis initium est, undè enarratio negotii incipit & consequenter quando litis contestatio. Neq; pugnat quod sup. (*tir: 2. de injus voc: n. 4. v. sed nihilominus*) dicamus citationem esse actū jurisdictionis contentiosæ, nam & oblatio libelli, reo à Judice facta reconventio, & huiusmodi actus, sunt jurisdictionis contentiosæ, neque tamen ab iis iudicium ceptum legitur, Et licet ceptum à citatione legatur. *L. si quis postea. ff. de jud. cap. gratum de off: deleg.* solum sensus est, ceptum esse improprie in sensu causali, quatenus citatio causa est subsequenti iudicii, non autem in sensu formali, ut benè *Lael. Manc: dissert. 3. cap: 5. n. 25.*

2. Est autem litis contestatio rei ad a-
 ctoris, vel contrâ, actoris ad rei petiti-
 onem principalem, negando vel affirman-
 do, seu confitendo, facta responsio, ani-
 mo litem contestandi. *cap. unico de lit: cont.*
 coram Judice, quia si re^o ante petitionem
 actoris in iudicio factam debitum fatea-
 tur, non per hoc inducitur litis contesta-
 tio *L. si debitori ff. de judic:* ut nec per re-
 sponsonem rei ad positiones actoris fit

litis contestatio *cit. cap. unico. Barth: in L. unica. C. n. 13. h. t.* nam qui ponit, non per hoc ostēdit se agere aut petere velle, multa enim subindē ponit actor, quæ tamen postea, non petit sibi semper per Judicis sententiam adjudicari, & aliud est ponere, aliud petere. SED neq; litis contestatio inducitur per nudam facti narrationem & responsionem secutam, quia, ut jam diximus, contestatio litis fit solūm per petitionis in jure propositionem & responsionem. *Divisa* à nonnullis in negativam & affirmativam. Affirmativam vocant, cū reus affirmativē litem contestatur fatendo debitū idq; vel purē, cum simpliciter reus debitum confitetur: vel non purē, cū simul objicit exceptionem peremptoriam. Negativam, cū Reus negativē respondet, inficiando simpliciter debitum, vulgatis verbis. *Nego narrata per actorem L. unica. & ibid. Gl: C. h. t.* aut dicendo *tu mentiris*, ut ex Bald: tradit *Marant. 6. h. t. n. 4.* nisi huiusmodi verba prolata fuerint ex calore iracundiæ. *Abb: in cit: cap. unico. n. 28. h. t.* Sed quid illa sibi sup: *animo contestandi litem?* an oportet expressis

eum dicere, se respondere animo con-
 testandi litem? *Minimè*, nam semper ita re-
 spōdere præsumitur, nisi expressè contra-
 rium protestatur. *Rota decis: 11. incip: si pars*
in antiquis. Quin etiamsi protestetur litem
 super libello exhibito contestari nolle, re-
 spondeat autem postea simpliciter, ad li-
 bellum negativè nihilomin⁹ per hoc cen-
 sebitur contestata lis *cit. cap. unico. h. t.* Ra-
 tio, quia protestatio actui contraria, tollit
 protestationis effectum. *cap. cum M. Ferr.*
de constit: & ibid: Felin: & Canonista comm.
 Fatemur tamen, si peremptoria exceptio
 contra intentionem actoris opponatur à
 Reo, litis contestationē impediri. *Marant.*
6. p. h. t. n. 6 & alij. quia non negat debi-
 tum v. g. qui se tutum exceptione asserit.

3. Utrum unicā duntaxat voce, an & li-
 bellis fieri possit litis contestatio: petunt
 aliqui. *Hostiensis* existimat vivam vocem
 exigi: Sed reclamant communis schola &
 quotidiana praxis, colligitur ex *Leg. 14. §.*
Patroni C. de iudicijs. Quæri præterea po-
 test, an in omnibus causis necessaria sit li-
 tis contestatio? enumerat enim *Marant.*
Socin: cap: frequenter ut lite non cont. casus

G 3

supra.